Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1163 - 1167

urn:nbn:de:bsz:31-326693

Visual Library

Acta sunt hec anno dominicę incarnationis 1163, indictione 11, regnante domno Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo anno regni ejus 11, imperii vero 8. datum Wirzeburc 7 kalendas marcii.

T aus Straßb. Thom. A. docum. hist. lad. I privilèges *or. mb. c. sig. int. subt. impr.*

Gedruckt darnach bei Schilter Thesaur. antiq. teuton. III, glossar. p. 179; Schöpflin Als. dipl. I, 253 nr. 307 mit Facs.; Würdtwein Nova subs. dipl. IX, 384 nr. 195; Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 292 nr. 8. Schnéegans L'égl. de s. Thom. p. 303 nach der Registrande A fol. 1^b *im Thom. A. — Böhmer nr. 2472; Stumpf nr. 3975. Ficker Beitr. z. Urk. II, 117 u. 150 hält die erste und die Signumszeile für vorausgefertigt vor dem Texte.*

114. *Pabst Paschalis III bestätigt dem Domstift zu Straßburg ein Edict Kaiser Friedrichs I die Zinseintreibung betreffend. [1167] Juli 31 Rom.*

Pascalis episcopus servus servorum dei dilectis filiis C[onrado] preposito, H[1]. decano et ceteris canonicis majoris ecclesię Argentinensis salutem et apostolicam benedictionem. immobili debet esse firmitate subnixum, quod imperialis statuit majestas et apostolica confirmat auctoritas. eapropter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus, quas nobis per dilectum filium nostrum Henr[icum] archidiaconum vestrum porrexistis, grato concurrentes assensu edictum imperiale, quod serenissimus imperator Fredericus semper augustus in episcopatu Argentinensi promulgavit et episcopus vester cum clero sub discrimine officii et beneficii affirmavit et populus jurejurando firmavit, devotioni vestrę apostolica auctoritate confirmamus et presenti scripti patrocinio communimus statuentes, ut secundum statuta ejusdem filii decetero tributarii ecclesię vestrę statutis temporibus jura vobis absque contradictione persolvant et, si contumaciter ea usque ad festum sancti Andręę retinere *Nov. 30* presumpserint et satisfacere neglexerint, a jure proprio cadant et, si proterve adhuc retinuerint, anathematis gladio feriantur[2]. et ad hęc adicimus, ut nemo ecclesiam aut atrium vestrę ecclesię violare presumat et, qui fecerit, excommunicatus et infamis, prout in statutis jam dicti filii nostri decretum est, usque ad condignam satisfactionem habeatur. nulli ergo omnino hominum fas sit, hanc nostrę confirmationis paginam temere infringere aut ei aliquatinus contraire. si quis autem tributariorum et censualium sacerdos confirmationem nostram et edictum imperiale pronuntiare et summa diligentia servare neglexerit, post tertiam ammonitionem fratrum suspensum eum esse decernimus, donec episcopo et vobis satisfecerit. datum Rome apud sanctum Petrum 2 kalendas augusti[3].

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2733 *or. mb. c. bull. pend.*

Gedruckt bei Würdtwein Nova subs. dipl. X, 25 nr. 9 (a. 1165) nach dem lib. sal. 1347. — Jaffé Reg. pontif. nr. 9410.

---

[1] *Grandidier l. c. liest falsch P. Die Sigle* H *weiß ich nicht sicher aufzulösen, zuletzt begegnet Petrus als decanus, später Frico. Grandidier schiebt auch zwischen beiden noch einen* Luodewicus *als Decan ein, indem er Haslacher Mönche mit Straßburger Domcanonikern verwechselt, s. Oeuvr. inéd. II, 441 und Würdtwein Nova subs. dipl. X, 39 nr. 14.*

[2] *Cfr. nr. 113.*

[3] *Am 30. Juli 1167 war Pabst Paschalis III mit dem siegreichen Kaiser in Rom eingezogen.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg